L. S.

Cum in magna huius urbis occupatione non satis otii haberem ad ea quae his annalibus scholae praemissurus incohaveram absolvenda, constitui ex commentariolis, quos in usum scholarum nuper in hac universitate habitarum confeceram, interpretationem satirae primae Horatianae depromere. Institutum scholarum academicarum qui bene norunt, eos aequi bonique facturos esse spero, ubi vel aliorum inventa a me adhibita esse sentient vel nonnulla satis rudia excidisse deprehendent.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf